AUTHOR:

HAYM, [J. G.]

TITLE:

DE APOLLINIS ORIGINE...

PLACE:

LAUBAU

DATE:

[1853]

Master Negative #

92-81149-2

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Haym, J.G.
De Apollinis origine et cultus vi, quam ad Hellenes habuerit, quaeritur
Laubau 1853 pt 2

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA


FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11 1/2 x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 3/3/93 INITIALS M.D.C.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202



MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Sechs und zwanzigster Bericht

über das

Gymnasium zu Lauban,

von Ostern 1852 bis Ostern 1853,

womit

zu der am 14. und 15. März 1853

mit den Schülern aller Klassen abzuhaltenden

öffentlichen Prüfung

und zu der am Tage der darauf folgenden

Entlassung der Abiturienten

ehrerbietigst und ergebenst einladet

Dr. **Wilhelm Schwarz,**

Director des Gymnasiums u. Ritter d. r. A. O. 4. Kl.

Voran steht eine Abhandlung des Herrn Conr. **Haym: de Apollinis origine et cultus vi, quam ad Hellenes habuerit, quaeritur.**

Specimen alterum.

Lauban,

gedruckt bei den Gebr. Scharf.

De Apollinis origine et cultus vi, quam ad Hellenes habuerit, quaeritur.

Specimen alterum.

Apollo, quem Graeci sacrificiis, expiationibus, lustrationibus laeto atque integro puroque animo coluerunt, auctor quoque induciarum, quas ἐκεχειρίαν, σπονδὰς nominarunt, putatur. 1) Nam quum Dores atque Aeoles ludis Olympicis pacem inter se composuissent, Apollo illius pacis tutor factus est, et quum Lycurgus et Iphitus illos ludos restituissent, Dores magnam vim ad eos habuerunt; quorum sacra quum multum valerent, Apollo magnum honorem in certaminibus Olympiae nactus est. Ex eo tempore, quo Dores inter se et cum reliquis Peloponnesiis inimicitiis depositis convenerunt et sacrum Olympiae sibi vindicaverunt, Apollo iuxta Jovem est et quod illam pacem θέρμα nominarunt, cognomen θέρμιος accepit. Postquam igitur Apollo praeses et tutor ludorum fuit, ludi ipsi magnam auctoritatem nacti et induciae per ludos religiosissime conservatae sunt, quod cultus dei ab inimicitiis maxime abhorreret, nec cuiquam permissum fuit, ut intra ludos Olympicos inimicitias exerceret, et Elii, qui remotis Pisacis eos instituebant, ex illa pace ab invasionibus et devastationibus liberati manserunt atque exercitus per terram Eliorum armis traditis profecti sunt. 2) Peloponnesios omnes, dum ludi celebrarentur, ab armis recedere oportuit. Elii propter varios singulorum populorum fastos praecones emiserunt, qui dies festos indicerent. 3) Qui iussum violavit, poena affectus et dei servus factus est; quam poenam Spartani quoque in bello Peloponnesiaco dederunt. 4) Sententiam iudices Elii secundum leges Olympicas tulerunt et pretium partim Eliis partim templo Olympiae adiudicarunt. Hac ratione nemo festos dies turbare ausus est et Peloponnesii bona cum pace se coniunxerunt. Quin etiam in bello Peloponnesiaco de rebus publicis in Olympiis actum est. 5)

1) Polyb. 12, 26, 2.
2) Polyb. 4, 73. Strab. 8. p. 177 sq. ed. Tauchn.
3) Pind. Isthm. 2, 23.
4) Muell. Dor. 1, p. 139.
5) Thucyd. III. 8, 14.

Eiusdem pacis et tutelae loca et viae sacrae participes fuerunt. Poena gravi affectus est, qui illa loca vexavit et legimus, eos, qui templum Delphicum aliquando violavissent, iudicio Pythico de rupe deiectos esse.[1] Apollo ipse ab iniuriis templum suum defendit; quum enim Phlegyae arcem munitam Panopeum in angustiis Boeotiam versus sitam obsiderent et Phorbas, eorum dux, cum Apolline luctaretur et Phlegyas templum combureret, totam gentem fulmine exstinxit.[2] Pompas per tutas et sacratas vias duxerunt, quod e Pythica coniici potest, quam Muellerus diligentissime descripsit.[3] Oenoes sepulcrum Androgei, filii Minois, fuit, quem in via Pythica incolae interfecerunt. In via sacra igitur occisus et sepultus est et Minos ad pacem violatam ulciscendam accessit et Atheniensibus illud notum tributum imposuit.[4]

Quod si Apollo cultu suo ad tranquillum et purum animum vim habet; si is, qui temere aliquem interfecit, ad eum confugit et consolationem invenit; si deus ipse expiationibus placari potest et ad inimicitias tollendas inducias facit: apud eum quoque quaerendum est, quod illam tranquillitatem animi et salutem populorum efficit. Ipsum res indicare oportet, quibus homines aerumnis atque aegritudine afflicti tranquillum animum assequantur et consilio adiuti consolationem inveniant: Apollo deus fatidicus fit, cuius apud Graecos auctoritas maxima fuit. Oraculum Delphicum est frequentissimum, quod Homerus iam ditissimum et notissimum dicit, et omnia alia instituta eiusdem generis divitiis, magnificentia, pulchritudine superavit.[5] Deus solus verum rectumque scit, homines id docere potest, et voluntatem et consilium Jovis, cuius vates nominatur, pronuntiat.[6] Haec est causa, cur Jupiter et Apollo coniungantur.[7] — Apollo recens natus oraculum Delphicum occupat, quod Themis, dea ordinis legitimi et iustitiae, antea obtinuerat; quod verbis iam inest, Themidem Apollini recens nato Nectar et Ambrosiam dedisse.[8] Coniunctio igitur Themidis et Apollinis magni momenti est et auctoritatem dei nobis significat, qui oracula edit, urbes condit et res publicas constituit; ex qua coniunctione oracula sua θέμιστες appellantur; deus enim dicit, quod θέμις est, et responsa dare est θεμιστεύειν.[9] Inde liquet, cur Apollo et Themis Delphis et in Didymaeo una colantur. Feminam respondere mirum non est, nam Dores feminas magni habent et feminae inspirationi inclinant.

1) Eurip. Jon. v. 1233. 1236. 1265. Aelian. V. H. XI, 5.
2) Paus. X, 6, 6 sq. — Schol. Hom. Jl. 23, 660. Ovid. Metam. XI, 444. Mueller. Orchom. p. 188.
3) Muell. Dor. 1, p. 203.
4) Virg. Aen. 6, 21. Apollod. 3, 15, 8.
5) Jl. 9, 404.
6) Aeschyl. Eum. v. 19.
7) Muell. Dor. 1, p. 308. „Dieser höchste Gott (Zeus) wurde weder auf Erden geboren, noch erscheinend, und vielleicht überhaupt nicht unmittelbar auf die Welt einwirkend gedacht. Sondern für das Menschenleben ist Apollo, der oft mit Nachdruck Zeus Sohn genannt wird, sein Stellvertreter, Gesandter und Prophet. Während jener als im Aether wohnend nur unbestimmt und in weiter Ferne erschien, mußte Apollo in bestimmter Darstellung mit klarer Persönlichkeit als göttlicher Heros auftreten, um dem Bösen und Ungeheuren zu wehren, Sühnungen einzusetzen und die Ordnungen des Geschicks zu verkünden.“
8) Apollod. 1, 4, 1. Paus. 10, 5, 6. Hyg. 140. Hom. hymn. in Apoll. v. 120. Callim. hym. in Del. v. 250. Strab. 9, 3. p. 282. ed. Tauchn.
9) Odyss. 16, 403. Pind. Pyth. 4, 96. Hom. hymn. in Apoll. 253. 293. Aelian. V. H. 3, 43, 44.

Apollo oraculis suis rerum civilium statum constituit, res sacras et sacratos homines tuetur, colonias deducit et hominibus, qui dubii, quid faciant, deum adeunt, verum rectumque indicat.

Loca, quae veteres Pelasgi et Hellenes primum habitaverunt, arces munitae fuerunt, quae auctae urbes nominabantur. Apollo eos in exstruendis urbibus adiuvat. Namque fabula nobis narrat, eum cum Neptuno Laomedonti moenia Troiae exstruxisse,[1] et Alcathoo muros Megarae, quos Cretenses diruerant, restituisse et citharam in lapide deposuisse, qui postea lapide parvo tactus sonuisset; quae fabula Amphionis et Orphei recordatur.[2] Ex hac re Apollo κτιστής, οἰκιστής appellatur, quae nomina quoque deo attribuuntur, quod ipse Dores incitaverat, ut Peloponnesum expugnarent; unde et nomina ἀρχηγέτης, δωματίτης orta sunt.[3]

Apollo recens natus hostes, qui partum suum retinuerant, removere coactus est. Delphine Latonam gravidam persecuta est et Apollo quatuor dies natus sagittis a Vulcano acceptis draconem occidit. Tityum, vexatorem Latonae, interficit et in Tartarum deiicit. Quibus rebus perfectis et natura infesta domita deus in tripodem oraculi Delphici ascendit, ut Jovis „consilium non errans“ et leges melioris rerum ordinis homines doceat.[4] Quum Dores summum imperium Peloponneso expugnata obtinerent, illud oraculum, illa μεσόμφαλος ἑστία cum aeterno igne, revera commune sacrum totius Graeciae factum est.[5] Etsi oracula dei, quoniam hominibus res futurae perspicue manifestari non possunt, obscura fuerunt, unde et nomen λοξίας est; tamen sensus eorum explicari potuit, quare Heraclitus Ephesius dicit: deus, cui est oraculum Delphis, neque dicit neque suadet, sed indicat.[6] Graeci summa cum fiducia ad sacrum illum locum accesserunt, qui tum demum auctoritatem amisit, quum sacerdos consultationibus ambiguis, quibus Croesus oracula Graeca tentabat, per ambages responderet, ut illa dona praeclara acciperet.

Fama oraculi Delphici tanta fuit, ut commune orbis terrarum templum, oraculum omnium hominum nominaretur.[7] In Italia notum fuisse, urbs Agylla probat et Romani Tarquiniis regnantibus, quorum coniunctio cum Graecia negari non potest, legatos Delphos mittunt.[8] Sicyonii, Thebani, Athenienses, Cnidii, Syracusani, Agyllaei, Potidaei, Spinitae, Tarentini, Siphnii, Acanthii, Massilienses aeraria Delphis habuerunt. — Qui oraculum consuluerunt, eos consultationes quam brevissime proponere necesse fuit, et dies, quo hominibus deum adire licuit, septimus mensis dies

1) Hom. Il. 7, 452. Apollod. 2, 5, 9. aliter Il. 21, 440 sq. et apud Pindarum Aeacus adiutor fuit. Ol. 8, 30.
2) Paus. 1, 42, 2. Theognis Meg. v. 752.
3) Muell. Aeginet. p. 150. k. Callim. in Apoll. v. 56.
4) Hom. hym. in Apoll. v. 132. in Merc. v. 471. conf. 552 sq.
5) Aeschyl. Choeph. 1034 sq. Eum. 40. Eurip. Jon. 239. 474. Plut. Num. 9. Plat. resp. 4, 5. p. 427. B. sq. Liv. 38, 48.
6) Plut. de Pyth. orac. c. 21.
7) Strab. 9, 3. p. 278. ed. Tauchn. Eurip. Ion. 378. Liv. 38, 48.
8) Liv. 1, 56.

fuit, qui dicitur βύσιος; postea cuiusque mensis die oracula data sunt.[1] Quum deum nisi venerabunde adire non possent, haec res populos magna pietate erga eum affecit. Auctoritas oraculi tanta fuit, ut τὰ ἐκ τρίποδος de certis rebus proverbialiter diceretur. Qui consultum venit, aqua sacra inspergitur et victimam sertis ornatam immolat, quam antea bubus farinam et subus cicer obiiciens observat neque adhibet, nisi cupide vorat. Caprae plerumque immolatae sunt, quae oraculum detexisse dicuntur; toto corpore tremere debuerunt, quem statum aqua insperganda efficere studuerunt.[2] Victima minoris momenti ovis fuit.[3] Collegium quinque sacerdotum, qui ὅσιοι nominantur et sacrificia curant, quorum princeps propheta fuisse videtur, oraculo praesidet; ipsi e nobilibus Delphorum gentibus creati sunt, quae ad Deucalionem originem deducunt, ut Thracidae, Laphriadae, Aeodae[4], quibus Cretes, quos Apollo inducit, subiecti fuisse videntur[5]; e quo intelligitur, cultum Delphorum a Cretensibus institutum non fuisse. Praeter hos sacerdotes nobiles Delphorum gentes in administrandum oraculum vim habent. Eaedem sunt, quas Euripides Delphorum principes et magistratus nominat, qui indicium capitis formarunt et quodque scelus in templum commissum e sententia Pythica iactura de rupe punierunt; quorum vis in oraculum tanta fuit, ut duces eius haberi possent.[6] Quam vim non solum ex eo cognoscere possumus, quod oraculum Spartanis de morte Codri datum Cleomantis Atheniensibus indicat et Delphi oraculum de Messeniis Spartanis datum produnt,[7] sed etiam quod qua ratione homines deum adeant, sciunt, si Timon, Androbuli filius, Atheniensibus suadet, ut tanquam supplices oleis et vittis ornati deum consulant; si Cobon Pythiae persuadet, ut respondeat, Demaratum, filium Aristonis, spurium esse, et Alcmaeon per illas nobiles gentes effecisse videtur, ut Croeso serviret.[8] Delphi ipsi responsa quoque dederunt et πύρκοοι appellati sunt, quod ex igne sacrificali et cinere (ἐξ ἐμπύρων) res futuras praedicerent; quem vaticinandi modum in Ismenio quoque invenimus, quo sequitur, rationem ex igne divinandi Delphis ex antiquo tempore usitatam fuisse.[9]

Quum Dores latius imperium proferrent et cum Heraclidis, qui genti Doricae adnumerandi sunt, se coniungerent, Apollo oraculo suo irruptioni in Peloponnesum praefuit. Qua expugnata et civitatibus institutis ex illis νομίμοις νόμοι exstiterunt neque lagislator rem novam induxit, sed consuetudine et moribus populi adhibitis leges scripsit. Talibus legibus et institutis iam Aegimius, rex Dorum ad Pindum habitantium, civitatem temperavit, cuius aliae civitates instituta secutae sunt. Sed illa

1) Plut. Quaest. Graec. 9.
2) Plut. de def. orac. 46. 49.
3) Eurip. Jon. 239 seq.
4) Plut. Quaet. Graec. 9. Herod. 8, 36.
5) Hom. hym. in Apoll. 542 seq.
6) Eurip. Jon. 428. 1233. 1236. 1265.
7) Lycurg. Leocrat. 20, 21. Paus. 4, 12, 8.
8) Herod. 6, 125.
9) Schol. Soph. O. T. 21. Herod. 8, 134.

vetera instituta (τεθμοὶ Αἰγιμίου vel Ὑλλίδος στάθμαι [1]) multis rebus novis corruptae fuerunt et Lycurgi fuit, ea falsis purgare et restituere. Creta atque oraculum Delphicum eum in hac re difficili admodum adiuverunt. Reges enim Cretae iam magnos in administranda civitate progessus fecerant et Minos insulam more Dorico instituerat, cuius auctoritas tanta fuit, ut iudex Inferorum haberetur. Mores et leges, quas incolae Cretae Minoi tribuunt, Lycurgus adhibuit et quum civitati nihil alieni imponere posset, Cretae et Spartae instituta fere eadem habenda sunt. Maiorem etiam auctoritatem Lycurgus eo nactus est, quod leges ab oraculo Delphico latas esse dixit, quod Tyrtaeus in Eunomia commemorat[2] et oraculum civitati per Pythios praefuit, illos quatuor legatos, qui regibus oracula integra nuntiarunt.[3] Quum Lycurgus munus turbae exortae removendae susciperet, civitates Dorum iam ubique constitutae fuerunt et Sparta summum imperium adepta magnam in reliquas vim habuit. Lycurgus imperii, morum, consuetudinum populi guarus quum provideret, instituta sua parvi habitum iri, ad oraculum Delphicum confugit et legibus latis coactus, ut patriam relinqueret, oraculum dicendum curavit: „Spartanorum civitas pulcherrima manebit, quamdiu leges illas observabit", et leges e moribus, consuetudine, usu populi profectae, longo tempore sacratae et a natura praescriptae populum docent, quid iustum, quid iniustum sit. Illae leges Lycurgi, quae ῥῆτραι appellantur, breves fuerunt, quo facilius in memoria teneri et propagari possent, si illam opinionem sequimur, eas litteris mandatas non esse. Rhetra apud Plutarchum antiquitatem prae se fert, mandatum Apollinis Pythici in infinitivo expressum. Tres rhetrae, quas praeter illam habemus, praecepta legislatoris in forma oraculorum dei Pythici et in oratione soluta sunt.[4] Prima rhetra leges scriptas adhiberi vetat et iuventutem apta ratione educari iubet; altera Spartanis omni luxu interdicit; tertia monet, ne contra eosdem hostes exercitum saepe ducant. Hae tres rhetrae fundamentum omnium legum Spartanorum continent, quibus pauca tantum posteri addiderunt.[5] Hae leges quidem Lysandro regnante corruptae sunt, qui usum auri et argenti permisit, quo omnia vitia et peccata, a quibus Lycurgus Spartanos omni ratione prohibere studuit, exorta sunt; sed usque ad tempora Ciceronis viguerunt, quoniam Dores id, quod a maioribus acceperant, religiosissime observarunt.[6]

At non solum Dores, quorum civitates oraculum Delphicum instituit, eo confugerunt, sed etiam ceterae Graecorum gentes eius auctoritatem agnoverunt. Athenienses in rebus dubiis et gravibus legatos Delphos miserunt, qui praecepta oraculi peterent. Athenis enim Apollo cum Pane templum ad radicem arcis septentrionem versus in antro habuit, cui nomen fuit μακραὶ πέτραι vel Κεκρόπιαι πέτραι, et incolae dierum festorum in honorem dei participes fuerunt et Apollinem πατρῷον no-

1) Pind. Pyth. 1, 61 seq.
2) Plut. Lycurg. c. 6. conf. Frank. Tyrt. p. 173.
3) Herod. 6, 57. Xenoph. resp. Lac. 15. Cic. de div. 1, 13.
4) Plut. Lyc. 13. Ages. 26. de Pyth. orac. 19.
5) Cragius leges Spartanorum, quas in archaeologia Potteri Tom. 1. p. 404 sqq. legimus, in duodecim tabulas redegit.
6) Cic. pro Flacco 26.

minarunt, quod fabula Jonis satis docet. Nec sine causa Jon, auctor stirpis, cum Delphis coniungitur, qua coniunctione auctoritas dei praeparatur et Apollo ut deus gentis colitur. Quum enim colonia in Asiam minorem deducta permagnam gloriam nacta esset, Athenienses Jonibus se adnumerant, quamquam Herodotus tradit primum Atheniensium nomen Jones fuisse,[1] quod nomen tempore Thesei usitatum fuit, nam columnae, quam ille in Isthmo erexit inter Athenienses et Peloponnesios lateri orientali verba inscripta fuerunt τὰ δ'οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία et lateri meridionali τὰ δ'ἔστι Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία.[2] Apollo igitur Atheniensium πατρῷος factus, tanquam auctor stirpis ab Jonibus colebatur, qui soli sunt γεννῆται Ἀπόλλωνος πατρῴου. Archontes quoque iurarunt, se Apollinem patrium veneraturos, secundum leges acturos, ius sine studio et ira dicturos, largitiones nunquam accepturos et, si acceperint, Apollini Delphico statuam auream consecraturos esse.[3] Etiam iudices tempore civitatis, in qua populus res publicas tenebat, in Ardetto per Apollinem patrium quotannis iurarunt, quod tempore dominatus optimatium Ephetae, iudices rei capitalis, fecerant; eodem modo iudices τριγώνου, τοῦ ἐπὶ λύκου et τοῦ Μετόχου per Apollinem, Cererem, Iovem iurarunt, se religiose et secundum leges iudicaturos esse; quod in loco quodam ad Ilissum factum est, qui Ardettus ab heroe quodam eiusdem nominis appellatus est, qui seditione exorta partes hostiles conciliavit et coegit, ut conditiones pacis iurecurando vicissim confirmarent. Quo factum est, ut homines, qui leviter iurarent, Ἀρδέττοι appellarentur.[4] Mirum quoque est iudicium ἐπὶ Δελφινίῳ in templo Apollinis Delphinii et Dianae Delphiniae, quod de omni caede sententiam tulit. Ad iudices enim maleficus factum quidem confessus est, sed ad se excusandum dixit, se secundum leges egisse. Primum, quem iudices hoc modo interrogabant, Theseus fuit, qui Athenas proficiscens praedones et postea Pallantis filios, qui ab eo defecerant, occiderat.[5]

Amphictyones, qui non solum in commodum Atheniensium, sed totius fere Graeciae egerunt, primum in Thermopylis convenerunt; sed postea auctore Acrisio Delphos locum conventus elegerunt. Tempore post expeditionem Dorum illud foedus gravissimum et maxime strenuum fuit et Amphictyones templa Apollinis et Cereris Delphis et in Thermopylis tuentur.[6] Eodem quoque tempore oraculum Dei plurimum valuit.

Aliud vestigium coniunctionis cum Delphis et ex Thesei natu et factis et theoria Delphos missa, cuius viam Odofr. Muellerus l. l.[7] accurate exponit, nobis cognoscendum est. Omnes hae res nos docent, cultum Apollinis in Attica ab Ionibus comprobatum esse, nec de vi oraculi nobis est dubitandum, quod in rebus dubiis et

1) Herod. 1, 56. 143.
2) Strab. 9, 1. p. 233 sq. 8, 7. p. 218 ed. Tauchn. Plut. Thes. 25.
3) Plut. Sol. 25.
4) Pollux 8, 122. Muell. Dor. 1. p. 245.
5) Paus. 1, 22, 2. 28, 10. Apollod. 3, 15, 5.
6) Strab. 9, 3. p. 278 sq. ed. Tauchn. Herod. 7, 200. Tacit. 4, 44.
7) Dor. 1, p. 241.

gravibus Iones id consuluerunt neque negari potest, id ad rempublicam administrandam multum valuisse. Theseus enim iussu dei omnia, quae ordinem legitimum impediebant, removit vel sustulit, quod res gestae contra Peripheten, Sinem, suem Phaeam, Scironem, Cercyonem, Damasten, taurum Marathonium nos docent. Ex eo, quod Theseus Delphis educatus est, coniici potest, eum illa praecepta ibi cognovisse, quae adultus executus est. Theseus enim quum imperium suscepisset, populum Atticae in urbem convenire iussit, et ut nobiles gentes institutis suis faverent, iis rempuplicam administrandam permisit et civitate constituta dignitate regia se abdicavit. Hanc mutationem nequaquam perfecisset, nisi oraculum Delphicum de imperio atque urbe consuluisset et responsum faustum accepisset. Quum incolarum numerus cresceret, Clisthenes, tribus multiplicaturus, oraculum consuluit; quo facto illas a quatuor ad decem auxit, quibus nomina veterum heroum in Attica natorum tribuit.[1]

Oraculum Delphicum quoque cultum aliorum deorum praescribit, sacra instituit et homines sanctos tuetur. Quum enim Dionysus in Graecia appareret, multis locis cultus eius neglectus est, quod inter alia fabula de Lycurgo, Orpheo, Pentheo docet. Athenienses quoque oraculum admonuit, ut deum novum colerent.[2] Herodotus et Pausanias persaepe commemorant, Pythiam deorum et heroum cultum iussisse. Phociis enim templum herois Cyrni iussu oraculi, quod quidem false interpretati sunt, exstruendum est; Metapontinis simulacra Apollinis et Aristeae et Epidauriis statuae Damiae et Auxesiae dedicanda sunt.[3] Oraculum iubet, Delphos ventos implorare, qui Graecis utiles forent;[4] incolas Phigaliae cultum Cereris neglectum restituere,[5] Philippum, regem Macedoniae, Iovi Ammoni sacrificia offerre[6] et Athenienses ante pugnam Plataeensem Iovem, Iunonem Cithaeroniam, Panem, Nymphas Sphragitides et heroes Plataeenses implorare, si hostes vincere velint.[7] Spartani iussu dei ossa Orestis reportant, ut Tegeam retineant et cultum Ilithyiae instituunt;[8] Mantineenses ossa Arcadis e monte Maenalo repetunt, cui sacrum exstruunt;[9] Athenienses ossa Thesei e Scyro afferunt, quam insulam Cimon antea expugnare debuit et cultum Apollinis Agyiei instituunt.[10] Cultum quoque heroum Cleomedis, Theagenis, Oebotae, cuiusdam herois Temesae, Tisameni Spartae et sacra funebria Scephri oraculum postulat.[11] Clistheni, tyranno Sicyonis, qui heroem Adrastum Argivum venerari non vult, oraculum respondet, Adrastum regem Sicyonis, eum autem carnificem esse.[12]

1) Paus. 1, 5, 1. sq. 29. 6.
2) Demosth. Mid. c. 15.
3) Herod. 1, 165, 167. 4, 15. 5, 82.
4) Herod. 7, 178.
5) Paus. 8, 42, 1 sqq.
6) Plut. Alexand. 3.
7) Plut. Arist. 11.
8) Herod. 1, 67. Paus. 3, 3, 6. 17, 1.
9) Paus. 8, 9, 4. 36, 8.
10) Plut. Thes. 36. Porphyr. Horat. Od. 4, 6, 28.
11) Paus. 6, 9, 8. Plut. Rom. 28. Paus. 6, 11, 2—9. 7, 17, 6. 6, 6, 8. 7, 1, 8. 8, 53, 3.
12) Herod. 5, 67.

In bello Atheniensium contra Thebanos oraculum iubet, illos Aeaco sacrum condere, si rem bene gerere velint et Soloni praedicit, eum Salaminem expugnaturum esse, si heroes ad solis ortum spectans veneretur.[1] Eodem modo dicit, Iovem urbem Pisam, Apollinem Pytho omnibus locis praeferre et Aesculapium filium Apollinis et Coronidis esse.[2] Agyllaeis, qui captivos Phocios crudeliter tractant et sterilitate puniuntur, ut magnos ludos celebrent, imperat et Crotoniatis, qui occisis Minervae supplicibus deam laeserant, ut celebrandis solennibus eam placent.[3] Procles, tyrannus Epidauri, hospitium violat et Timarchum Atheniensem occidit; quo facto Cleandrum Aeginensem cadaver in mare deiicere iubet; sed quum Cleotimus, eius frater, seditionem excitaret, de domicilio consulenti oraculum respondit, ibi fore eius refugium, ubi cadaver eiiciendum curavisset. Procles denique expulsus et a Timarchi cognatis occisus in mare eiicitur.[4] Apolloniae boves Soli sacri Evenio custode a lupis partim occiduntur. Evenius rem occultare studet eaque detecta oculis privatur; sterilitate autem exorta oraculum Dodonae et Delphorum respondet, a diis ipsis lupos missos et Evenio tribuendum esse, quod ipse postulet.[5] Deliis, ab Atheniensibus in bello Peloponnesiaco expulsis, qui oraculum Delphicum de restitutione consulunt, respondet, iis quaerendum esse locum, ubi natus sit: quem quum non inveniant, cornicem eum significaturam esse indicat, et Corona, caupona Chaeroneae, Tegyram eos mittit: quo facto deus Delios revocari iubet, quod clade in Thracia accepta perficitur.[6]

Apollo colonias deducit et auctor deducendi est. Ipse enim in Delphinum mutatus navem Cretensium Crissam ducit.[7] Bello Amphictyonum finito templum Pythicum agrum Cirrhaeorum, qui Cretenses dicuntur, accepit et magna servorum pars antiquissimis temporibus captivi fuerunt, quod de Manto et Gephyraeis memoriae traditum est.[8] Qua re effectum est, ut deus numerum nimium in colonias mitteret. Quum Hercules Dryopes victos Apollini Delphico sacraret, deus eos in Argolide meridionali considere iussit: qua re haec Pelasgorum gens, Apollinem non venerata, cogitur, ut deo, praesertim Pythaëo Argorum serviat.[9] Magnetes ad Pelium habitantes, quum Thessali in terram invaderent, iussu oraculi decimam iuvenum partem delegerunt, quos deus in Cretam ad amicos suos misit, ubi urbem Magnesiam condiderunt et postea ad Maeandrum et Lethaeum ante adventum Ionum se contulerunt. Aenianes iussu oraculi ad Inachum Thessaliae meridionalis contenderunt et incolae Chalcidis Euboeae iuventutem delectam Rhegium Italiae mittunt.[10] Croton quoque

1) Herod. 5, 79 sq. Plut. Sol. 9.
2) Paus. 5, 3, 1 sq. 6, 6, 7. 2, 26, 8.
3) Herod. 1, 167. Iustin. 20, 2.
4) Plut. Pyth. orac. 19 pag. 121. ed. Tauchn.
5) Herod. 9, 93 sq.
6) Plut. de def. orac. 5 ed. Tauchn. Thucyd. 5, 1. 32.
7) Hom. hym. in Ap. 493 sq.
8) Muell. Dor. 1 p. 254 sqq.
9) Apollod 2, 7, 7. Diod. 4, 37. Paus. 2, 35, 2.
10) Muell. Dor. 1. p. 254 sqq.

Italiae colonia iussu oraculi fuit.[1] Herodotus narrat, Pythiam Cretenses in Sicaniam misisse, qui mortem Minois ulciscerentur, a quibus Messapii originem duxissent; Thucydides, eam iussisse, Alcmaeonem insulas Echinades domicilium eligere, Spartanos Heracleam in terra Trachinia sitam condere; Pausanias, Orestem Mycenas cum Arcadia commutare, Archiam Corinthium Ortygiam prope Siciliam ad Syracusas condendas proficisci.[2] Oraculi iussu Grinus, rex Therae, coloniam in Libyam deducit.[3] Quum oraculum Apollinis coloniis sedes attribueret, controversias et querelas earum quoque composuit. Epidamnum enim a Corcyra relictam Corinthiis et possessionem Leuces illi civitati adiudicat, quae certo die ex urbe sole oriente proficiscens in insula primum sacrificet.[4] Coloniae denique oraculo non iubente deductae neque optabilem habuerunt exitum neque prospere successerunt.[5]

Oraculum quoque tempus regnandi regibus et principibus praedixit, cuius rei multa exempla apud Herodotum, Pausaniam, Plutarchum, Diodorum leguntur et responsa singulis hominibus data, quae ad ortum, vitam, mortem pertinent, enumerare nimis longum est. Alia quaestio adhuc restat, utrum oraculum Apollinis in Dorum commodum tantum responderit necne. Deum Doribus magis quam aliis populis favisse, non solum constituta illorum civitas nos docet, sed etiam intelleximus, Dores nullam rem iniussu oraculi suscepisse et ad finem perduxisse. At multi veterum scriptorum loci inveniuntur, qui oraculum aliorum populorum res composuisse satis probant. Quum enim Athenienses de expeditione in Siciliam consulant, deus iubet, sacerdotem Minervae Erythris adduci, cui nomen Hesychiae est,[6] et Agesipolidi regi permisit, ut inducias repudiaret, quas Argos semper peteret, si Spartani in terram invaderent.[7] Sed agendi rationem Spartanorum non adiuvat atque occupationem Arcadiae improbat.[8] Cleomeni Argos invasuro oraculum expugnationem praedicit, quae fano Argi pleno fugitivis diruto perfecta est; quo facto, ut redeat, cogitur[9] et iubet, Spartanos supplices Iovis Ithomatae dimittere: qua re Messenii bello tertio confecto emigrare possunt.[10] Oraculum Spartanos saepe adhortatur, ut a regno infirmo caveant, neve pecuniae cupidi sint;[*] dicit, eos summum imperium post pugnam ad Leuctra amissuros esse, neque eos a vehementi Persarum impetu defendere potest.[11] Permulta denique oraculi responsa sunt, quae urbes, quibus malum quoddam vel excidium imminet, abstulerunt.

Sed ut oraculum fidem amitteret, sacerdotes ipsi avaritia effecerunt. Peregrino enim cuique Delphis respondent, si dona ampla offert; quod nullo modo fieri po-

1) Aelian. V. H. 2, 26.
2) Herod. 7, 170. Thucyd. 2, 102. Paus. 8, 24, 8. Thucyd. 3, 92. Paus. 8, 5, 4. 5, 73.
3) Herod. 4, 150. 155 — 157. cf. 4, 161.
4) Thucyd. 1, 28. Diod. 15, 18.
5) Herod. 5, 42. 45. 4, 150 sqq.
6) Pluth. Pyth. orac. 19. ed. Tauchn.
7) Xenoph. Hellen. 4, 7, 2.
8) Herod. 1, 66. Paus. 8, 1, 6.
9) Herod. 6, 76, 80, 82.
10) Thucyd. 1, 103.
*) Diod. 11, 50. Plut. Lys. 22. Ages. 3. Paus. 3, 8, 9.
11) Diod, 15, 54. cf. Paus. 4, 26, 4. 9, 14, 3. Herod. 7, 220. cf. 239.

tuisset, si gentis commodum et salutem tantum respexissent, quum post Dorum expeditionem oraculum tantam vim in omnes Graecos exerceret. Hanc sententiam ratio Croesi satis superque declarat.[1] Sacerdotum Delphicorum studium habendi proverbium fuit, si dicitur: Δελφοῖσι θύσας αὐτὸς ὀψωνεῖ κρέας.[2] Mirum igitur non est, Pythiam iam ante bellum Persicum corrumpi potuisse, neque fraus negari potest. Cleomenes enim Spartanus per Cobonem Delphicum Pythiae Periallae persuasit, ut Demaratum filium spurium Aristonis pronuntiaret.[3] Clisthenes Atheniensis largitione perfecit, ut Pythia Pisistratidas expelli iuberet.[4] Pleistoanax, rex Spartanorum, Pythiam eo adduxit, ut iuberet, eum in exilium missum, quod praemium ab Atheniensibus accepisset, a Spartanis solenniter reduci.[5] Lysander sacerdotibus quibusdam Delphicis adiutoribus antiquas oraculi tabulas invenit, quas Apollinis filius tantum legere potuit; quo adducto responsum expressum fuit, Spartae regnum constituendum esse, in quo rex libero suffragio crearetur.[6] Demosthenes ipse queritur, quod oraculum Delphicum e voluntate Philippi, regis Macedoniae, respondeat (φιλιππίζειν). Libertate Graecorum amissa oraculum civitates non amplius adiuvat neque de rebus publicis consulitur et homines privati adhuc de rebus suis, ut de servis emendis, de agricultura, coniugio, navigatione, pecuniis mutuis etc., et urbes de incremento frugum et pecudum, de salute incolarum ad oraculum accedunt.[7]

1) Herod. 1, 54.
2) Plut. Symp. 7, 6. p. 370 ed. Tauchn.
3) Herod. 6, 66. 75.
4) Herod. 5, 63, 66, 90. 6, 123.
5) Thucyd. 5, 16.
6) Plut. Lys. c. 26.
7) Plut. de Pyth. orac. c. 26. 28.

J. G. Haym.

Bericht
über das Gymnasium zu Lauban.
Von Ostern 1852 bis Ostern 1853.

Bei dem Hinblick auf das unter Gottes Beistande nun vollendete Schuljahr gedenke ich vor Allem mit Wehmuth des schmerzlichen Verlustes, welchen das Gymnasium durch den am 28. October v. J. erfolgten plötzlichen Hintritt des bisherigen Oberlehrers und Mathematicus Herrn Wicher zu beklagen hatte. Ohne den speciellen Angaben des chronicalischen Theils dieses Berichtes vorgreifen zu wollen, bemerke ich zum Verständniß der folgenden Ueberſicht nur, daß die eingetretene Unterbrechung des Lehrganges anfangs durch die Bereitwilligkeit der übrigen Herren Kollegen theilweise und später durch den von dem Königl. Hochlöbl. Provinzial-Schulcollegium zur Aushülfe gütigst hergesandten Herrn Schulamts-Candidaten Faber aus Breslau seit dem 4. Januar d. J. ganz gehoben wurde. Die sonstigen Verhältnisse des Gymnasiums haben keine wesentlichen Veränderungen während des vergangenen Jahres erfahren, so daß namentlich die wachsende Dringlichkeit einer zeitgemäßen Erweiterung der Anstalt durch die Hinzufügung von mindestens einer sogenannten Parallelklasse bis jetzt immer noch nicht die so sehr wünschenswerthe Berücksichtigung zu finden vermochte. Einen Tadel darf ich aber für diese Erinnerung kaum besorgen, wenn ich an die bisweilen ziemlich scharfen Urtheile denke, denen das Gymnasium wegen der durch den Mangel an materiellen Mitteln hinlänglich begründeten Unmöglichkeit, einen erweiterten Unterricht in den Realien den für practische Berufsarten bestimmten Schülern zu ertheilen, fort und fort ausgesetzt ist. Indeß halte ich die Hoffnung auf eine endliche Erreichung des angedeuteten Zieles fest, und stütze mich dabei auf den Glauben, daß diese uralte, in guten und bösen Tagen stets treu erfundene und in Kraft und Liebe für die Zwecke der Jugendbildung thätige Schule nicht vergeblich an dieser Stätte **Das** gewünscht haben wird, was sie, im tiefgefühlten Interesse des heranwachsenden Geschlechts, den vorhandenen Zeitbedürfnissen gegenüber, zu wünschen verpflichtet ist. — Ferner erwähne ich, daß die vollständige Ordnung und Katalogisirung unsrer Gymnasialbibliothek durch die dankenswerthe Mühwaltung des Herrn Oberlehrers Dr. Beisert im Laufe des vorjährigen Sommers erfolgt, und daß demselben, mit höherer Genehmigung, die Function eines Bibliothekars des Gymnasiums gegen eine aus der Gymnasialkasse zu gewährende Entschädigung übertragen worden ist. — Endlich bemerke ich noch, daß auch in dem vergangenen Schuljahre die dauernde Kränklichkeit des Herrn Collegen Dr. Prüfer zur Verminderung seiner etatsmäßigen Unterrichtsstunden eine höheren Orts genehmigte theilweise Combination der Quarta und Quinta in Geschichte und Geographie nothwendig gemacht hat. —

Uebersicht
der in den einzelnen Klassen während des vergangenen Schuljahrs behandelten Unterrichtsgegenstände.

Prima. Ordinarius: der Director.

Sprachen: Deutsch. Aus der Rhetorik die Lehre von der Erfindung und der Disposition; Erläuterung der Tropen und Figuren. Correctur der eingelieferten schriftlichen Arbeiten. Lectüre von lyrischen und dramatischen Dichtungen von Schiller und Lessing. Daneben unausgesetzte Uebung der mündlichen Beredsamkeit in memorirten Vorträgen und Extemporationen. Statt der Rhetorik im Wintersemester aus der philosophischen Propädeutik die empirische Psychologie. 3 St. Der Director. — Latein. Cic. de off. lib. I. II. III. Tacit. Germ. und Agricola. 3 St. Memorirübungen, für welche der Stoff aus der Klassenlectüre entlehnt wurde. 4 St. Derselbe. Hor. Odd. lib. IV. und lib. Epodon; im Wintersemester ausgewählte Satyren. 2 St. Correctur der freien Arbeiten nebst Exercitien und Extemporalien. Uebungen in freien lateinischen Vorträgen über geschichtliche Gegenstände. 3 St. Herr Oberlehrer Dr. Beisert. — Griechisch. Herod. lib. VIII, 40 bis Ende. Platon. Apolog. Socrat. und Criton. 2 St. Hom. Il. lib. VI. VII. VIII. IX. (privatim lib. XXII. — XXIV. incl.) 1 St. Sophoclis Philoct. und Oed. rex. 2 St. Aus der Grammatik wurde die Lehre vom Zeitwort und dessen Gebrauch erklärt und mit entsprechenden Exercitien und Extemporalien in Verbindung gesetzt. 1 St. Herr Conrector Haym. — Französisch. Zur Lektüre dienten aus Menzels Handbuche die Abschnitte von Lacretelle und Napoléon Bouonaparte. Aus der Grammatik wurden die hauptsächlichsten Regeln erklärt und an freien Arbeiten, Exercitien und Extemporalien eingeübt. 2 St. Derselbe. — Hebräisch. Ps. 87. 103. 104. 119. 120 — 132. Amos. Die Erklärung geschah vorwaltend mit Rücksicht auf Formenlehre und Syntax. Die schriftlichen Uebungen bestanden, nach einer kurzen Wiederholung der in der Secunda möglichst gründlich behandelten Formenlehre, in Exercitien und Extemporalien und Versuchen im Commentiren. 2 St. Der Director.

Wissenschaften. Religion. Erklärung des 1. und eines Theils des 3. Hauptstücks nach dem (kl.) luther. Katechismus nebst den dazu gehörigen Bibelstellen. Lectüre des Ev. d. Matthäus nach dem Grundtexte. 2 St. Der Director. — Geschichte und Geographie. Universalgeschichte von Augustus bis zur Reformation mit besonderer Hervorhebung der deutschen Geschichte. 2 St. Hr. Oberlehrer Dr. Beisert. — Mathematik. Stereometrie, Trigonometrie und Combinationslehre verbunden mit praktischen Uebungen. 4 St. Hr. Oberlehrer Wicher, später Hr. Schulamts-Kandidat Faber. — Physik. Die Lehre vom Gleichgewicht und der Bewegung der festen, tropfbar-flüßigen und elastisch-flüßigen Körper. 2 St. Hr. Oberl. Wicher, später Hr. Kand. Faber.

Secunda. Ordinarius: Herr Oberlehrer Dr. Beisert.

Sprachen. Deutsch. Correctur der eingelieferten freien Arbeiten. Uebungen im freien mündlichen Vortrage. Erklärung lyrischer und dramatisch. Dichtungen von Schiller. 2 St.

Hr. Oberl. Dr. Beisert. — Latein. Liv. lib. V. 4 St. Virg. Aen. lib. VI. 2 St. Hr. Coll. Dr. Prüfer. Die grammat. Belehrungen wurden nach Zumpts Gr. §. 379 — 492 und 631 — 671 ertheilt und in zahlreichen Beispielen (schriftlich und mündlich) zur Anwendung gebracht. Damit standen Exercitien, Extemporalien und (für die Geübteren) freie Arbeiten in genauer Verbindung. 3 St. Memorirübungen, bei denen es nicht an Hinweisungen auf Construction, Wortstellung, Satzverbindung und Satzfolge in den betreffenden Pensen fehlte. 1 St. Hr. Conr. Haym. — Griechisch. Xenoph. anab. lib. VI. VII, 8. Hom. Odyss. lib. X. XI. XII. 5 St. Hr. Conr. Haym. — Die practischen Uebungen (Exercitien und Extemporalien) bezogen sich vorwaltend auf die Casuslehre und auf Wiederholung der Formenlehre. 1 St. Hr. Oberl. Dr. Beisert. — Französisch. Charles XII. liv. VIII. Belehrung über verschiedene Gegenstände aus der Grammatik, namentlich über Syntax, in Verbindung mit Exercitien und Extemporalien. 2 St. Hr. Conr. Haym. — Hebräisch. Von den ersten Elementen der Sprache an bis zu den Verben ל״ה, von mündlichen und schriftlichen Uebungen begleitet. Anfertigung zahlreicher Paradigmen von regelmäßigen und unregelmäßigen Verben. Die später hinzugefügte Lectüre (aus dem Lesebuche von Gesenius: die Geschichte Josephs; Einiges aus dem Leben Davids) wurde besonders zur Wiederholung der Formenlehre benutzt, und dabei den Schülern zugleich Gelegenheit gegeben, syntaktische Regeln aus der Lectüre zu entwickeln. Außerdem ununterbrochene Uebung im schriftlichen Commentiren hebräischer Pensa. 2 St. Der Director.

Wissenschaften: Religion. Erklärung des 1. und 3. Hauptstücks nach dem (kl.) luther. Katechismus und der betreffenden Bibelstellen. Lectüre des Evangeliums Matthäi nach dem Grundtexte. 2 St. Der Director. — Geschichte und Geographie. Die Staaten des Alterthums mit geographischen Einleitungen. 2 St. Hr. Oberl. Dr. Beisert. — Mathematik. Die Rechnung mit Decimalbrüchen, die Buchstabenrechnung, die Lehre von den Potenzen und Wurzeln und den Gleichungen des 1. Grades. 4 St. Hr. Oberl. Wicher, später Hr. Cand. Faber. — Physik. Das Hauptsächlichste aus der Lehre vom Gleichgewicht und von der Bewegung der festen, tropfbarflüßigen und elastischflüßigen Körper. 1 St. Dieselben.

Tertia. Ordinarius: Herr Coll. Dr. Peck.

Sprachen: Deutsch. Anleitung zum Disponiren verbunden mit Correctur der eingelieferten Aufsätze; daneben Extemporalien. Aus dem Lesebuche von Pütz wurden mehrere Gedichte erklärt und von den Schülern memorirt. Uebungen im mündlichen Vortrage. 2 St. Herr Coll. Dr. Peck. — Latein. Caes. de bell. gall. lib. VI. und den Anfang von lib. VII. Ovid. Metamorphh. lib. I, 43 — 200. 6 St. Hr. Coll. Dr. Prüfer. Die praktischen Uebungen bezogen sich auf den Gebrauch der Tempora, Modi und Conjunctionen — nach dem 2. Theile des Lehrbuchs von Beisert. — Memorirübungen nebst wöchentlichen Exercitien und Extemporalien. 4 St. Hr. Oberl. Dr. Beisert. — Griechisch. Im Sommersem. Erklärung der ganzen Formenlehre in Verbindung mit angemessenen Exercitien. Im Wintersem. besonders Erklärung der unregelmäßigen Verben nebst einer kurzen Belehrung über die homerischen Formen. Zur Lectüre dienten aus dem Lesebuche von Jacobs (1. Curs.) mehrere größere und zusammenhängende Stücke. In den letzten Wochen des Wintersemesters Hom. Odyss. X, 1 — 100. 6 St. Hr. Coll. Dr. Peck. — Französisch. Nach Wieder-

holung des grammat. Cursus von Quarta waren besonders die unregelmäßigen Verben und die Regeln über die Fürwörter Gegenstand der Belehrung und Uebung. Damit hingen Exercitien und Extemporalien zusammen. Zur Lectüre dienten mehrere Stücke aus dem Lesebuche von Masnier. 2 St. Derselbe.

Wissenschaften. Religion. Erklärung des 1. Hauptstücks und der damit zusammenhängenden Bibelstellen. Biblische Geschichte nach einer Auswahl geeigneter Lesestücke aus dem A. und N. Testamente. Allwöchentlich wurde ein passendes Kirchenlied von den Schülern memorirt. 2 St. Der Director. — Geschichte und Geographie. Die mittlere Geschichte von 843 an und die neuere bis 1763 verbunden mit geographischen Uebersichten. 2 St. Hr. Coll. Dr. Peck. — Mathematik. Die Lehre von den Parallellinien und der Congruenz der Dreiecke nach Kambly. Die Rechnung mit Doppelbrüchen und Decimalbrüchen nebst Einübung der bürgerlichen Rechnungsarten. 4 St. Hr. Oberl. Wicher, später Hr. Cand. Faber. — Naturlehre. Das Hauptsächlichste aus der mathematischen Geographie; von den allgemeinen Eigenschaften der Körper; das Wesentlichste aus der Lehre vom Gleichgewicht und von der Bewegung, der Akustik, der Optik und der Lehre von der Wärme. 2 St. Dieselben.

Fertigkeiten. Schönschreiben blieb, wie bisher, den häuslichen Uebungen vorbehalten. Zeichnen. Die Uebungen richteten sich bei den Schülern nach der bereits erlangten Fertigkeit. 1 St. Hr. Oberl. Wicher, später Hr. Cand. Faber.

Quarta. Ordinarius: Herr Coll. Flade.

Sprachen. Deutsch. Stylübungen nach den Lehrbüchern von Falkmann und Heyse; daneben unausgesetzte Uebungen der Orthographie und der richtigen Anwendung der Interpunction. Correctur der schriftlichen Arbeiten. Aus den Chrestomathieen von Wagner und Preuß wurden mehrere Fabeln und Gedichte erklärt und für die Declamationsübungen benutzt. 5 St. Hr. Coll. Flade. — Latein. Aus Cornel. Nepos wurden die vitae des Aristides, Iphicrates, Cimon, Conon, Phocion, und Timotheus den Schülern erklärt und von ihnen schriftlich nachübersetzt. 5 St. Derselbe. Die practischen Uebungen bezogen sich, nach dem 1. Theile des Lehrbuchs v. Beisert, auf die Casuslehre. Wöchentliche Exercitien und Extemporalien. Memorirübungen. 5 St. Hr. Oberl. Dr. Beisert. — Französisch. Von den ersten Elementen der Sprache an bis einschl. zu den regelmäßigen Verben verbunden mit angemessenen schriftlichen Uebungen nach der Grammatik von Sanguin. Zur Lectüre dienten einige Stücke aus dem Anhange der erwähnten Grammatik. 2 St. Hr. Coll. Flade.

